

# PRÆFATIO.

QVàm verum ſit illud: *Tange montes, & fumigabunt*; ipſa cùm ſœpè aliàs, tùm nunc hiſce diebus Experientia comprobavit: Tetigi enim ego montem, non Ætnam in Siciliâ, aut in Campaniâ Veſuvium, vel Heclam in Islandiâ, ſed in Saxoniâ H. Conringium contra Eccleſiam Cath. ſeſe inſolentiùs erigentem. Et quoniam ille Tantus à Capucino eſt tactus; en tibi.

*Horrenda ſurſùm ſcandere nubila!*
*Ignita circùm erumpere flumina!*
*Iraſq́ diras fulgurare! &*
*Horriſonos crepitare bombos!*

Non times ô Dionyſi! non trepidatis Capucini? timerent utique illi, & trepidarent, niſi viderent ignes in ſe emiſſos eſſe fatuos, & fulmina contra Religionem ſuam evibrata eſſe bruta. Hinc iiſdem (Hermanno tamen intimè condolentibus) non niſi riſum ferocula hæc ludicraq; movent incendia; quemadmodum non ita pridem exerci-



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 204, [7] - 1
PUBLIC DOMAIN